



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1663

S. Lucia V. & M. 13. Decembris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41940

780 VITÆ SANCTORUM. 13. Dec.
trem filio etiam, cum hæc gaudio emor-
tua esset. Ultimum cum in messe occupa-
tum æstus gravior affligeret, ros cælo il-
lapsus recreavit, simul alii capilli albe-
cere, nigrescere alii, alii denique canes-
cere visi sunt. Hos ille ut mortis prodro-
mos accepit, post quam illum laudibus
omnis ætatis homines mactaturi essent.
Tu etiam disce hic non series modò, sed
& juvenes, quin vix natos capillos emo-
ri. Ex Surio.

Totum quod es, illi debes, à quo totum
habes; illi præcipue Domino, qui & te fe-
cit, & benefecit tibi. Huic totis medul-
lis, totis viribus serviendum: ne forte in-
dignationis oculo te respicias & despiciat,
& conterat in æternum. S. Bern. de Qua-
drupl. debito.

S. LUCIA V. & M. 13. Decembris.

S I virgo è cælo sidus lucet, Luciam
esse credidero virginitatis laude pzx
aliis illustrem. Hæc dum cum matre x-
grā ad tumbam D. Agathæ precatur, a-
dest ecce hæc ipsa sanitatis primò nun-
tiuum matri ferens, tum Lucia mortis op-
tarissimæ & pro Christo subeunda. Sic
igitur moritura Lucia omnium primò
testamentum cogitat, & pauperes non
jam scribit, sed facit heredes. Id enim
verò non ferendum ratus Lucia sponsus,

que-

13. Dec. VITÆ SANCTORUM. 781
queritur apud judicem , & sponsæ dotem
sibi clamat deberi ; hic demum agnoscit
in amoribus non se , sed Christum esse.
Mox igitur , amori ira successit . Dei nup-
ta leonibus traditur , mancipiis amoris
prostituenda . Sed nequeunt mille manus
uiam virgunculam , nequeunt funes &
plura boum juga de loco , minùs de pro-
posito casto dimovere . Ergo sarmenta
congeruntur , rogas accenditur . Sed lu-
cet pulchrius ignibus suis *Lucia* . Gladio
trajicitur ; sed vivit virgo & viros ani-
mat , & è flammis Imperatoribus mor-
tem , Syracusanis præsentem opem , Ec-
clesiæ pacem vaticinatur . Denique dum
judex in vinculis Römam abducitur ca-
pitis damnandus , divino cibo recreata ,
celo sidus , ut dixit , inseritur . Sed & ti-
bi illuc adhuc locus est Mariane . Stella &c.
tues , si virgo es . Fuisti ? Ah ! stellam cælo
credas decidisse . Ex Surio .

Deus semper pater est ; amavit nos fœ-
dis , ut ex fœdis faceret pulchros . Erimus
pulchri eum amando , qui pulcher est . Quan-
tum in te crescit amor , tantum crescit pul-
chritudo ; quia ipsa charitas animæ est ,
pulchritudo . S. Aug. Tract. 9. in Epist.
S. Ioan.

S. IO-